



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

XXXI. De his qui cum haereticis iungunt foedera nuptiarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

then. Con- cil. cap. 67.

Christianum, lauacra cum mulieribus celebrare, quia hæc apud gentes reprehensio prima est. ANNO CHRISTI ...

XXXI.

Quod non oporteat cum hæreticis vniuersis nuptiarum fœdera celebrare, nec eis filios dare vel filias, sed magis accipere, si tamen Christianos se fieri promittant.

XXXII.

1. q. 1. Non oportet hæreticorum bened.

Quod non oporteat ab hæreticis eulogias accipere, quia sunt maledictiones potius quam benedictiones.

XXXIII.

Quod non oporteat cum hæreticis aut schismaticis pariter orare.

XXXIV.

Quod omnem Christianum non oporteat deserere martyrem Christi, & ire ad pseudomartyres, id est, hæreticorum, & quos ipsos constet hæreticos exitisse. Hi namque sunt alienati a Deo. Sint igitur anathema, qui ad tales accesserint.

XXXV.

Quod non oporteat Ecclesiam Dei relinquere, & abire, atque * angelos nominare, & congregationes facere; quæ interdicta noscuntur. Si quis igitur inuentus fuerit huic occultæ idololatriæ feruens, sit anathema, quia derelinquit Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei, & se idololatriæ tradidit. *angulit

XXXVI.

26. quest. 5. Non oportet sac. & in Agathen.

Quod non oporteat sacris officiis deditos vel clericos, magos aut incantatores existere, aut facere